



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione  
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1767**

**VD18 90118286**

§. 125. Libellus supplex Benedicto a suis Prælatibus oblatum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66281)

ta est, denuo cuncta pro restauranda pace a Benedicto præstita recensentur. Sæcul. XV.  
A. C. 1408.  
Tandem in quarta, quæ in diem quintam Decembris incidit, Benedictus e Prælati-  
suis media, quæ ad reddendam Ec-  
clesiæ unionem utiliora censerent, explo-  
rabat. Episcopi in diversas abiere sen-  
tentias. His placuit, ut Benedictus ad  
Pisanos, rupta omni mora suos mitteret  
Legatos, qui ejus nomine Papatum di-  
mitterent; alii vero abdicationem hanc  
adhuc differendam existimarunt; tan-  
dem tanta animorum, vocisque conten-  
tione disceptatum est, ut potior Prælato-  
rum pars inde recesserit, nonnisi octode-  
cim eorum remanentibus.

## §. CXXV.

*Libellus supplex Benedicto a suis Præ-  
latis oblati.*

Prima Februarii die anni sequentis, præ-  
fati octodecim Prælati Papæ porre-  
xerunt libellum supplicem, in quo decla-  
rarunt, venerari se illum tanquam verum  
& legitimum Christi Vicarium, simul ta-  
men eidem auctores esse, I. ut cessionis  
viam tanquam meliorem, atque aliis viis  
præhabendam omni dilatione remota  
amplecteretur. II. Necnon nomine suo  
ad contrariæ obedientiæ Pontificem, e-  
jusque

*Niem. de  
schism. l. 3.  
c. 38.*



Sæcul. XV. jusque Cardinales decerneret internun-  
A.C. 1409. tios, plena & libera instructos potestate  
 tractandi omnia & singula ad pacem ne-  
 cessaria, ac si ipse præsens adesset. Illi  
 Eventui, quo eum forte unione nondum  
 perfecta obire contingeret, jam nunc  
 Constitutionibus, tamque salutaribus pro-  
 videret legibus, ut juxta eas electio Ca-  
 nonice celebrari posset; congruas item  
 statueret poenas in eos, qui pacem per-  
 turbare attentarent.

## §. CXXVI.

*Septem Oratores ad Concilium Pisi-  
 num a Benedicto nominati.*

*Spicil.tom.  
 VI. p.236.*

Benedictus Mense Februario ad finem  
 vergente, anno supra millesimum qua-  
 dringentesimo nono præfatum recipie-  
 bat libellum, cumque se omnia in eo  
 contenta executurum spondisset, Pa-  
 triarcha Constantinopolitanus nomine  
 Concilii eidem gratias agebat. Ergo da-  
 tæ fidei memor in Sessione die vigesi-  
 ma sexta Martii celebrata septem diver-  
 sarum Nationum Oratores designat, qui  
 cum plena de concordia tractandi au-  
 thoritate muniti Pisas irent, atque hujus  
 negotii perficiendi media explorarent.  
 Hanc legationem obierunt Archiepisco-  
 pus Tarraconensis, Seguntinus, Mimatini-  
 nus,